

habeat nomen unius potestatis electi, et sic quodlibet breve
habeat per se suum nomen. ¶ Et tunc potestas interesse
debeat in consilio. Que quidem brevia includantur per ip-
sum dominum potestatem et iudices in tribus balotis cereis
5 eiusdem coloris et forme, ita quod quilibet ipsarum balotarum
habeat suum ex brevibus supradictis, et interclusis ipsis bre-
vibus in dictis balotis, ipse balote ponantur in unum cape-
lum quod ponatur in medio palatii comunis consiliariis exi-
stentibus, et tunc ex ipso capello extrahatur una ipsarum
10 balotarum per unam personam, et sic de una ad alteram
usque ad ultimam. ¶ Et ille qui erit in prima balota scrip-
tus habeat primam vocem potestatis, et qui erit in secunda
balota habeat secundam vocem, et sic qui erit in tercia ba-
lota habeat terciam vocem. ¶ Et sic electis dictis potesta-
15 tibus elligantur ambaxiatores ad presentandum potestariam
eisdem, et nullus civis vel habitator Tergesti preterquam
ipsi ambaxiatores debeat vel presumat portare vel denun-
ciare ambaxiarum aliquam alicui electo in potestatem Ter-
gesti nec recipere aliqua dona ab eo, nec aliqua persona pro
20 eo, sub pena decem libr. par. et restituat dona in duplum.
Qui ambaxiatores sic electi presentare debeant eis potestariam
quam citius poterint, scilicet primo qui fuerit in primo loco,
et si ille renunciaverit, secundo qui fuerit in secundo loco, et
si esset extra dictum locum, expectare debeant eum ad octo
25 dies sequentes postquam pervenerint ad ipsum locum. ¶ Et
cum venerit presentare ei debeant dictam potestariam, post
quam // presentationem ei factam infra tres dies dictam pote-
stariam acceptare vel renunciare teneatur. ¶ Alioquin dictis
tribus diebus elapsis illa electio sit cassa et vana. ¶ Et si
30 omnes tres renunciaverint, tunc reducatur ad maius consil-
lium et fiat de novo preposita de vivendo in regimine vel acci-
piendo potestatem de loco vel provincia. Qui ambaxiatores se-
cum portare debeant syndicatum ad hoc factum, et omnia sta-
tuta potestati pertinentia; que statuta et syndicatum legi de-
35 beant in maius consilium per notarium ambaxiatorum, et
fieri facere teneatur potestas cum iudicibus, sub pena centum
libr. par. pro potestate et quinquaginta libr. par. pro iudice quo-